



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensio || Philippi Melan||chthonis Contra || Iohannem
Ekivm || Theologiae || Professo||rem**

Melanchthon, Philipp

[Wittenberg], 1519

VD16 M 2926

4

urn:nbn:de:hbz:466:1-32534

quos cū natura citra gratiam, tū voluntas & gratia
efficiāt. Hic vero tutandus seu excusandus erat
Barbarus ille Heraclitus, Scot⁹ quē meministis in
rapsodiis suis quam Christiana hac de re doceat.
Quod subiecit de D. Erasmo principe studioꝝ
pictatis, vides mi lector non alio pertinere, nisi vt
optimo viro, deinde bonis oībus inuidiosus red
dar. Valeat Ekius & traducat nos & triumphetur
pauulos. Ad id genus calumniarū satis animi pre
stabit Christus, ipse agnosco quantū Erasmo de
beant cū studiosi omnes tum maxime ego, tot be
nificijs priuatim ac publice ab eo auct⁹, quę post
q̄ intelligere cœpi, cœpi autē Christo duce. scio quā
grato pectore complexus sim, reliqua debeo isti
malarum mentiū auctori scholę.

4 Non displicuit argutia de toto & totaliter
nēpe festiua eoq; ipso gratior, q̄ noua ē & digna
Ekij professione penes quā hodie cū rerum tum
verborum arbitrium est. Iam quod docet inter illa
quid intersit non est ingratum amici studiū, quāq̄
iam olim Porphyrium didicimus, & nūc ad id ge
nus nugalia theoremata reuocari molestum est.
Porro quid necesse erat nouis glossematīs & plāe
ficticijs asserere vim liberi arbitrij, qua bonū effi
ciat cū receptū sit & apud scholasticos, vel sum
mē notę, nempe Occanicos, quosdam voluntatis
actus tantū recipi.